10 Yb No. 1427

PSALMI SEV PRE=CATIO=NES EX VARIIS SCRIP=TVRAE LO=CIS COL=LECTAE.

Anno. 1544.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

PSALMVS PRIMVS AD IMPETRANDAM remiſsionem peccatorum.

DOMINATOR domine deus omnipotens, magne & terribilis, qui cœlum, terram, mare, et omnia quę in eis ſunt, uerbo tuo feciſti.

Cuius potentia irreſiſtibilis, et miſericordia ſuper omnia opera tua.

In ditione tua uniuerſa ſunt poſita, anima omnis uiuentis, et ſpiritus uniuerſæ humanæ carnis.

Tu misereris cui uolueris, et clemens es in quem tibi placuerit.

Consilium tuum in sempiternum persistet, et omnis tua uoluntas fiet.

Tua est potentia et imperium et gloria, qui es super omnia, et per omnia, et in omnibus nobis.

Pater misericordiarũ et deus omnis gratiæ, pacisq;, ac consolationis, qui non uis mortem impii, nec delectaris in perditionibus animarum.

O DEVS misericordiarum, qui propter maximam charitatem tuam, qua dilexisti nos,

etiam

etiam cũ inimici tui eſſemus, unigenitum filium tuum IESVM Chriſtum miſiſti in hũc mundum, ut omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat uitam æternam.

Miſerere mei, miſerere mei ſecundum magnam miſericordiam tuam.

Et ſecũdum multitudinem miſerationũ tuarum dele trãſgreſsiones meas.

Laua me deus ſancte ab iniquitate mea, et ab immunditiis meis purga me.

Scelera enim mea agnoſco domine, et iniuſticias meas cõtra me pronuntio.

Confiteor aduersum me, impietatem cordis mei, nã erga te cor perfidũ habui ac rebelle.

Filius infidelis et exasperans, prouocaui te in uanitatibus meis.

Pater sancte peccaui in cœlum et coram te, neq; iam sum dignus uocari filius tuus.

Quoniam irritaui iram tuã in multitudine iniquitatis meę, et non meditatus sum in omnibus iusticiis tuis.

Reuersus sum à uiis tuis, ut facerem malum in conspectu tuo, impiè egi, et iniquè me gessi, relinquens mandata tua et detrahens correctioni tuę.

Auerti me, et non cuſtodiui fœdus tuum, ambulaui in uia non bona poſt cogitationes meas, eligēs ea quę tu noluiſti.

Non te metui domine deus omnipotens, neq; uultum tuū reueritus ſum, inobediens fui, et ceruicem meam induraui.

Frons meretricis facta eſt mihi, neſcio erubeſcere, ecce loquor ad te, ſed facio male magis ac magis.

Deſerui bonum, retrorſum abii, non poſui ſpem in te deo factore meo, ſed aliunde præſidium et ſecuritatem parans.

Araui impietatem, iniquitatem meſsui, comedi fructum men-

mendacii, quia confisus sum in uia mea.

Proieci legem tuam post tergum, non adtendens mandato tuo, nec recedens à studiis meis prauis.

Nō dedi cor, ut reuerterem ad semitas tuas, te enim agnoscere omisi, at impegi propter iniquitatem meam.

Non sum reuersus ad te in toto corde meo usq; in hunc diem, sed mēdaciter, et quemadmodum fidem frangit mulier uiro suo, sic fidem fregi tibi o domine DEVS.

Abhominabilia enim feci, et malorum nihil me pœnituit, de

de malo ad malum transiens post concupiscẽtias cordis mei prauas.

Tu scis omnia domine, quo modo irritaui te in adinuentionibus meis malis, et uniuersa mea delicta à te non sunt abscondita.

Exosam habui disciplinã tuam, et sermones tuos proieci retrorsum.

De malitia mea pœnitentiam non egi, sed prævalui in uanitate multa.

In corde meo non fuit ueritas, et iniustitiam operatæ sunt manus meę.

Loquutus sum iniquitatem

et dolos parturiui, meditatus ſum cũ corde meo uerba mẽdacii, et conſumpta eſt in uiis meis ueritas.

Adſuefeci linguam meam loqui uanitates, perficiens uoluntatem carnis et cogitationum, ſtudia, et adinuentiones meæ contra te domine deus, & ſic prouocaui oculos maieſtatis tuæ.

Vidiſti hæc omnia Domine, & tacuiſti, ſed malum fuit in oculis tuis, et non placuit tibi.

In indignatione tua repudiaſti me, & diuiſus es à me iam multis diebus.

Tradi-

Tradidisti me in desideria cordis mei, ut ea facerem quæ non conueniunt.

Væ mihi, quòd recessi à te multa mihi calamitas, quoniam flagitiose uitam duxi.

Væ mihi desertori, ut facerem consilia, et non ex te, et perficerem cogitationes, sed non ex spiritu tuo: propterea congregationes peccati super peccatum in me auctæ sunt.

Quotidie ignominia mea mihi ob oculos, et pudor faciem meam obtegit.

Et tu domine deus, quare obliuisceris mei, et tam diu continues misericordiã tuam à me?

Sus-

Suſcipe cauſam meam poſt longam iram tuam, miſericors enim es, ne iraſcaris obſecro imperpetuum.

Ne repellas contritũ et humiliatum, miſerum et abiectũ qui nomen tuum ſuppliciter inuocat.

Reuertere aliquantulum domine deus, et exorabilis eſto ſuper ſceleribus meis.

Ne facias mihi iuxta peccata mea, et ſecundum iniquitates meas ne reddas mihi.

Ne oſtendas potentiam tuam in miſerum, nec eum, cui nulla eſt uirtus, tam dure perſequaris.

Ve-

Veniant preces meæ ante uultum tuum, et iuxta promissa tua recipias me in gratiam tuam.

Tuus enim ego sum pater iuste, quem precioso suo sanguine redemit unicus tibi natus.

Et iam abhominatur anima mea uitam meam, et te iudicem omnium ueniam peto.

Humilio me sub potenti tua manu, quoniam cum iratus fueris, misericordiam facis, et in tempore tribulationis peccata dimittis.

Et ego peccatorem me confiteor, obsecrans te domine deus

deus omnipotens pro bonitate tua ut facias mecum iuxta magnam misericordiam tuã.

Confundor et erubesco leuare faciem meam ad te, quoniam delicta mea adscenderũt in conspectum tuum.

In te, in te pater peccaui, et quod malum est in oculis tuis admisi, multa siquidem est iniquitas mea coram te. Profectò in te præuaricatus sum ab incunabilis meis usq; in hunc diem, iugiter faciẽs malum ab uberibus matris meæ.

En ego in iniquitate genitus sum, et peccato inquinatum enixa est me mater mea.

Granũ

Granum enim ſeminis mali ſeritur in corde meo; et ab eo quantum impietatis pullulauerit uſque ad hunc diem tu noſcis domine.

Tranſgreſsiones meæ mecum ſunt, et huc uſq; fero obprobrium adoleſcentiæ meæ.

Ecce domine, ſub peccato uenundatus ſum, et non inuenio in carne mea bonum.

Siquidem quod uolo bonũ, illud non ago: ſed quod odio mihi eſt malum, id facio.

Cuncta cogitatio cordis mei adpoſita eſt ad malum omni tempore ab adoleſcentia mea.

Et quare morior in peccatis meis

meis domine DEVS omnipotens? quum tibi non sit uoluntas ut moriatur impius, tantum ut reuertatur et uiuat.

Tu enim bonus es, et propitiabilis, qui etiam indignos saluas, iuxta magnam misericordiam tuam.

Quanquã enim insustentabilis sit ira super peccatores cõminationis tuæ, immensa tamen et imperuestigabilis misericordia promissionis tuæ.

Tu feciſti misericordiam in millibus à retro temporibus, quo magnum redderes nomẽ tuum, quemadmodum etiam nunc permanet.

Pa-

Patres antiqui in anguſtiis ſu sad te clamauerunt, et tu liberaſti eos, in te ſperauerunt, et non ſunt confuſi.

Cũ non haberent ultra quod agerent, hoc ſolum reſtabat, ut oculos ſuos ad te dirigerent.

Saluaſti eos propter nomen tuum, ut oſtenderes in eis fortitudinem tuam.

Multis uicibus prouocabant te in iniquitatibus ſuis, et ad iracundiam concitauerunt bonitatem tuam.

At tu quũ tribulationem eorũ, et eos tibi ſupplices uidiſſes

Recordatus pacti tui, ſtatim miſertus es eis iuxta multitu-

 dinem

dinem miſerationum tuarum.

Miſerere mei, miſerere mei, o domine deus omnipotens, nam miſer et infelix ego ſum, ſana me obſecro, quem percuſſiſti propter iniquitatem meā.

Anima mea uehementer turbata eſt, et tu domine quouſq; non reſpicies?

Quouſq; reprobabis orationem ad te uociferantis? an ne imperpetuum? quouſq; auertes faciem tuam à me?

Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ domine, quas firmaſti in ueritate tua.

Num iam deſines miſereri deus? aut reprimes per iram bonita-

nitatem tuam?

Num proiecisti in æternum, ut nunquã posthac sis placidus?

Et manus tua nõ est inualida, quin iuuare potest, nec grauatæ aures tuæ, ut audire renuant.

Quamdiu uoluam cogitationes amaras cum animo meo? quãto tempore dolor cor meum torquebit?

Quousq; tandem superabit me inimicus meus? respice, et exaudi me o domine deus.

Illumina oculos meos, diutius enim obdormiui, morte, et prævaluerũt aduersum me iniquitates meæ.

Reuertere domine, reuertere,

ut eripiam animã meam, et ſaluum me facias propter magnã miſericordiam tuam.

Ecce nũc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis et gratię.

In morte quænam erit memoria tui? aut in inferno quis confitebitur tibi?

Viuens uiuens ipſe te laudabit, et notam faciet miſericordiam tuam.

Domine, in ira tua ne arguas me, neq; in furore tuo ultionẽ de me ſumas.

Ne iacias ad me tela tua, neq; adgraues ſuper me manũ tuam.

Iram tuam diutius tuli, et de calice furoris tui plus ſatis bibi.

Non

Non eſt ſanitas in carne à facie iræ tuę, nulla mihi pax à facie peccatorum meorum.

Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, et uelut pondus immane quotidie me premunt.

Fœtorem exhalant cicatrices meę propter ſtultitiam meam.

Miſer ſum, et abiectus à facie tua, omni die merens ingredior

Anima mea plena eſt immũditiis, et ī me toto nihil eſt ſanũ.

Hinc fit ut inimici mei crudelius me perſequuntur, obrugio præ magnitudine doloris mei.

Cor meum in me fluctuabũdum eſt, et fortitudo mea à me

receſsit.

Domine notum eſt tibi deſiderium meũ, et neceſsitas mea te minime latet.

Propitius eſto peccatis meis propter temetipſum o domine deus omnipotẽs, & ſcelera mea coram te deleantur, nam ſecundum bonitatem tuã promiſiſti pœnitentiam remiſsionis peccatorum.

Propter gloriam nominis tui domine miſerere mei, & ſolue tuam erga me indignationem, & tum uere iuſtus agnoſceris in uerbis tuis, et uinces quum de te iudicabitur.

Siquidem per hoc adnunciabitur

bitur immensa tua gratia, cum misertus fueris eorum, qui non habent unde glorientur in conspectu tuo.

Et bonitatem tuam discent omnes habitatores terræ, quum benefeceris nobis propter nomen magnum tuum, & non secundum uias nostras malas, neq; iuxta scelera nostra praua.

Profecto domine deus, si nō multiplicaueris misericordias tuas erga nos, non uiuificabitur seculum, cum iis qui habitant in eo, & si non donaueris de bonitate tua, quomodo erigantur illi, qui iniquitatem fecerunt, de peccatis suis?

Miſerere mei, miſerere mei o pater bone, et noli diutius mecum iraſci propter nomen magnum tuum.

Et propter nomen ſancti filii tui IESV, quem miſiſti propitiationem pro peccatis noſtris per fidem in ſanguine ſuo, propitius eſto mihi peccatori.

Ecce pater ſancte, ecce puerũ tuum, quem elegiſti, en dilectũ tibi filiolum, in quo bene complacitum eſt animæ tuæ, ponens ſpiritum tuũ ſuper eum, et mittens eum ut euangelizaret pauperibus, ut ſanaret contritos, ut conſolaretur omnes lugentes, et prędicaret captiuis indulgentiam

tiam, et cęcis uiſum.

Ecce paruulum tuum qui natus eſt nobis, ecce filium tuum qui datus eſt nobis, cui etiam nō pepercisti, ſed pro omnibus ad mortem tradidiſti oblationem et hoſtiam in odorē ſuauitatis.

Vere languores noſtros ipſe in corpore ſuo tulit, et dolores noſtros ipſe portauit.

Infirmatus eſt propter peccata noſtra, & uulneratus propter ſcelera noſtra.

Diſciplina pacis noſtræ irruit ſuper eum, et liuore ſuo uulnera noſtra ſanata ſunt.

Omnes nos quaſi oues errauimus, unuſquiſq; in uiam ſuā

declinauit, et tu domine posuisti in eo iniquitates omniũ nostrum, percutiens ipsum propter scelera populi tui.

Corpus suum dedit percutientibus, et genas uellentibus, faciem suam non auertit ab increpantibus et conspuentibus in eum.

In dilectione et misericordia sua perditos redemit, pacificans per sanguinem crucis suę, quæ in cœlis, et quæ in terris sunt omnia.

Tradidit in mortem animam suam, et pro transgressoribus preces effudit.

Respice clementissime pater quis-

quiſnam ille qui paſſus eſt, et reminiſcere obſecro pro quibus paſſus eſt.

Hic eſt enim innocens ille, quem (quum eſſemus peccatores) pro nobis ad mortem dediſti: nũ non multo magis iuſtificati nunc in ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum?

Si recõciliati tibi ſumus (quũ adhuc inimici eſſemus) per mortem filii tui, an non multo magis reconciliati, ſalui erimus in uita ipſius?

Ecce agnum immaculatũ qui peccata mundi tollit, cuius precioſo ſãguine redempti ſumus de iniquitatibus noſtris.

Ecce

Ecce mitiſsimum innocentē, qui tanquàm ouis ad occiſionē ductus eſt, et dum male tractaretur, os ſuum non aperuit.

Ecce unicum tibi natum, quē etſi ex omnipotente uirtute tua genuiſti, meę tamen infirmitatis participem fieri uoluiſti.

Qui cum in forma dei eſſet, nec rapinā arbitratus eſſe ſe equalem deo, ſemetipſū exinaniuit, formā ſerui accipiens: et in ſimilitudine carnis peccati ueniens, damnauit peccatū in carne: humilians ſemetipſum tibi pater uſq; ad mortē crucis, illic q; chirographum quod aduerſū nos erat decreti, delebat, et tollens

lens de medio ſuffixit illud cru ci, in qua expoliãs principatus et poteſtates traduxit cõfidẽter, palã triũphãs eos in ſemetipſo.

Reduc domine deus oculos tuæ maieſtatis ſuper opus ineffabilis pietatis.

Intuere dulcem tuum natum toto corpore extenſum.

Obluſtra partes omnes a uertice capitis, uſq; ad plantam pedis, et non inuenietur dolor ſicut dolor illius.

Attende pie pater dilecti tibi filioli caput uenerandũ, horridis circumſeptum ſpinis, diuinum uultum uiuo undique ſpargens cruore.

En

En impube flagellatur corpus, nudũ tunditur pectus, perfoditur cruentum latus, anhelans cor obpalpitat, extẽsi stringuntur nerui, decora languent lumina, regia pallent ora, melliflua exestuat lingua, interna arescunt uiscera, liuida rigent brachia, ossa diuelluntur solida, speciosa debilitantur crura, pedes immaculatos unda purpurei sanguinis eluit.

Adspice mitissime conditor charissimę prolis humanitatẽ, et miserere super infirmi figmenti tui debilitatem.

Specta gloriose genitor gratissimæ prolis lacerata membra,

bra, et memorare obsecro quã-tula est mea substantia.

Conspicare dei hominis pœnam, et relaxa conditi hominis miseriam.

Vide redemptoris supplicium, et redempti dimitte delictum.

Viam sceleratam procul à me pelle, et doce me per spiritum tuum sanctum uiam ueritatis eligere.

Obsecro te o rex sanctorum per hunc sanctum sanctorũ, per hunc redemptorem meum, ut reducas me in uiã rectam, quo ei ualeam spiritu uniri, qui mea

non

non abhorruit carne ueſtiri.

Perfice greſsus meos in ſemi tis tuis,facq; odio me habere o-mnes uias iniquitatis.

Ablue à malicia cor meum,& ab occultis malis munda me.

Expia me o pater ſancte, per ſanguinem teſtamenti æterni, filii tui dilecti,qui dilexit nos,& lauit nos à peccatis noſtris in ſã guine ſuo, et redemit ab omni iniquitate.

Purifica cor meum per ſancti ficationem ſpiritus tui,& aſper-ſionem ſanguinis filii tui ab o-mni immundicia peccati,et con ſcientia mala.

Deus omnipotens propitius eſto

esto mihi peccatori, propter no men magnum tuum, et iniquitatum mearum ne memor sis amplius.

Quoniam deus es tu, bonus et misericors, ac paciens erga nos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitẽtiam reuerti.

Fac me redire domine deus de uiis meis malis, et à cogitationibus meis prauis.

Peccatorũ adolescentiæ meę et scelerum meorum ne sis memor: secundum misericordiam tuam memor esto mei tu, propter bonitatem tuam domine.

Ne ponas uultum tuum aduersum me in malum, quoniam

nullus est, qui audet pro me testimonium dicere.

Nec ineas iudicium cum seruo tuo, te enim accusatore nunquam absoluar.

Etenim si iniquitates adtendas domine, domine quis non cadet in conspectu tuo? Hoc pro certo est, quod coram te nemo uiuens iustificabitur, cum aduersus angelos tuos peruersi quid reperisti.

Quanto magis in homine, qui est abhominatio et fœtor, et domum inhabitet luteam, et bibit sicut aquas iniquitatem?

Quis purus à sorde ex iis qui omnes polluti sūt? ne unus quidem

dem,etiamsi unius diei fuerit ui ta eius super terram, et numerabiles menses illius.

In ueritate nemo de genitis est, qui non impie gesit, nec quisquam iustus in terra,qui bonum facit, et non peccat.

Sed quoniã tecũ est ꝓpiciatio, quũ mitis sis, spes meain te domine deus, cui fidit anima mea.

Anima mea te expectat, quoniam tecum est misericordia,et copiosa apud te redemptio.

Hoc enim certissime scio, ꝙ non repelles in sempiternum, sed tu ipse qui abieceris,rursum misereberis secundum multitudinem miserationum tuarum.

Pius et clemens es tu domine deus, et nō auertes faciem tuā à nobis, si reuersi fuerimus ad te.

Tu enim deus noster suauis, et uerus, et paciens, et in misericordia disponens omnia.

Exuberant fontes bonitatis tuę, et gratia tua nunq̄ deficit.

Vniuersę uię tuę misericordia et ueritas, fœdus tuum, et testimonia tua exquirentibus.

Quam mitis est parēs in pueros suos, tam mitis tu domine erga timentes te, et pro abundantia misericordiæ tuę indulges infirmitatibus nostris.

Agnoscis figmentum tuum, recordaris quales sumus, memor

mor es quod caro ſumus, et nullius firmitatis.

Non oblitus es quod mundus hic repletur iniuſticia et impietate, et totus in maligno poſitus eſt.

Attamen tu miſericors es et plenus gratię, propitius ac pœnitēs ſuper maliciam hominū.

Miſerere mei, o domine deus ſalutis meę propter gloriam nominis tui, et libera me, et propitius eſto peccatis meis propter nomen tuum.

Pater iuſte, ne adtendas multitudinem iniquitatum mearū, ſed reſpice faciem IESV filii tui ſancti, qui peccatum non fe

 cit

cit, et peccata nostra pertulit, in corpore suo super lignũ crucis.

Auerte faciem tuam à peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me deus, et spiritum rectum innoua intra me.

Ne proiicias me à facie tua, et spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi leticiam de salute mea, et spiritu potenti confirma me.

Emollias cor meũ domine deus, ut reuertar ad semitas tuas, nã in erroris uia diutius erraui.

Conuerte me ad te, et conuertar,

uertar, tu enim fictor meus es, ego uero lutum et opus manuum tuarum.

Ne auertas faciem tuam à me ne declines in ira à seruo tuo.

Adiutor esto mihi, ne deseras me, neq; despicias mè o domine deus meus et salus mea.

AMEN.

PSALMVS SECVNDVS PRO PECcatorum remissione.

FORTISSIME DEVS spirituum et uniuersæ carnis, cuius iudicia inscrutabilia sunt

et ſapientia profunda.

Exaudi preces ſerui tui, et ne repellas obſecrationes figmenti tui.

Etenim donec uixero loquar ad te, et non ſilebo dum ſpiritus hos regit artus.

Ad te animam meam conuerto, ad te oculos meos dirigo.

Auertatur obſecro ira tua à me, & da, ut inueniam gratiam coram oculis tuis.

Secundum magnitudinẽ miſericordiæ tuæ remitte uniuerſa peccata mea.

Ab omnibus ſceleribus meis eripe me, & ſana animam meam quæ in te peccauit, liberum me

fac

fac à reatu tranſgreſsionis meę: nam iniquitatem meam agnoſco, et pro peccatis meis pœnitentiam ago.

Deſerui uiam tuam, & mandata tua intelligens, omnia feci contraria.

Irritum feci pactum quod tecum inieram, et legem tuam ſeruare nolui.

Vere peccaui in te domine Deus, et uſq; in præſentem diẽ macula ſceleris mei permanet mecum.

Dereliqui te deum factorem meũ, receſsi à te ſaluatore meo, et ſicut taurus recalcitrans iugo ſuo, rebellis fui tibi.

Cor meum erga te induraui, & ceruicem meam poſt peccata ſuperbe erexi.

Confiſus ſum in mendacio, præ dolo te agnoſcere nolui, ſed ſequebar prauitates cordis mei.

Arrogantia mea me decepit, et audacia cordis mei in deuia me perduxit.

Conſilia et cogitationes meę fecerunt hęc mihi: hæc eſt malicia et rebellio, quæ corda hominum poſsidet.

Depellitur à tranquillitate anima mea, et bonorũ obliuio me conuoluit.

Aggrauatum eſt iugum trāſgreſsi-

greſsionum mearum, eleuatum eſt et implexum collo meo.

Tu loquutus es mihi, audire nolui: tu uocaſti me, non reſpõdi, non credidi uerbis tuis, nec ſuſtinui conſilium tuum.

Verbum tuum neglexi, et nõ poſui cor in ſermonibus tuis.

Percuſsiſti me, at cauſam agnoſcere nolui, emẽdauiſti me, ſed diſciplinam recipere nolui.

Non recordatus ſum in corde meo, quod omnis maliciæ meæ eſſes memor.

Ore meo et labiis meis glorificaui te, ſed cor meum longe fuit à te.

Occultaui ſicut Adam ſcelus meum

meum, ut abſconderem in occultis iniquitatem meam.

Os tuum non interrogaui, et nolui ſequi legem tuam.

Peccaui coram oculis tuis, et propterea inſtabilis facta eſt anima mea.

Te enim deſerui fontem aquarum perennium, et effoderem mihi conculcatos puteos et lutoſos, qui nō habent aquas.

Et in omnibus iis non ſum reuerſus ad te, neq; faciem tuam precatus ſum, ut recederem à uiis meis prauis.

Vide domine, et intuere q̄ uilis factus ſum, periit à me omnis decor meus, ut te iā prorſus

ſus adſpicere non auſim.

Et nulla fuit cauſa, ut te deſererem, et uanus uana ſectarer.

Domine miſerere mei, et exaudi preces meas, quoniam tu es deus meus, et non eſt abſq; te ſaluator.

Auertatur furor tuus à me, nec me deuaſtes propter peccata adoleſcentiæ meæ.

Peto obſecrans te domine, remitte mihi, remitte mihi, propter magnã miſericordiam tuã.

Domine deus exercituum ſi decreueris ſaluare, quis poterit reſiſtere? ſi extenderis manum tuam, quis te auertet?

Tu enim inſtar figuli potes

mihi

mihi facere, ecce ego in manu tua, perinde atq; lutum in manu fictoris.

Corrige me domine, sed in misericordia, non in ira tua, ne me in nihilum redigas, ut intelligam et cognoscam, quàm pernicioſum sit atq; noxium deſerere te dominum deum meum et timorem tuũ à me repellere.

Nullus est qui potest sanare me, neq; medicari plagę meę: nemo qui liberet me præter te domine, qui uulnera infers, et sanas, percutis et curas.

Perditio mihi ex meipso, tantummodo in te auxilium meũ et salus mea.

Tibi

Tibi enim nullus ſimilis eſt, magnus es tu, et magnum eſt nomen fortitudinis tuæ.

Conuerte me domine ad te, et conuertar: aufer à me cor ma lignum, ut faciat in me lex tua fructum.

Memor eſto mei propter bonitatem tuam domine, et amorem tuum erga me integrum.

Eheu domine DEVS: en tu es qui feciſti cœlum et terram uirtute tua magna, et brachio extẽto, et nihil eſt tibi difficile.

Tu es deus ille magnus et fortis, cui nomen eſt dominus exercituum, magnus et admirabilis in conſilio tuo.

Ipſe

Ipſe enim es, qui ſimul atq; uerbum protuleris, cuncta fiũt, quũ tu præceperis, conſtant res, et uerbum tuum non reuertitur ad te uacuum.

Domine DEVS, tu miſereris omnium, quia omnia potes, & diſsimulas peccata hominũ propter pœnitentiam.

Diligis enim omnia quę ſunt, et nihil eorum odiſti, quę facta ſunt, non enim per odium aliquid feciſti, aut conſtituiſti.

Parcis autem omnibus, quia tua ſũt omnia, qui amas animas.

Tu miſericordiã, equitatem, et iuſticiam facis in terra, qua propter et iis vnicè delectaris.

Iuſtus

Iuſtus quidem et bonus tu domine, ego autem uultum tuum offendi, tranſgreſſus ſum fœdus tuũ, in te prȩuaricatus ſum.

Vidiſti domine facinora mea, ſuſcipe cauſam meam, recordare quàm uilis factus ſum, inſpice et contemplare obprobrium meum.

In tempore reconciliationis exaudi me, et in die ſalutis miſerere mei.

Miſerere mei, miſerere mei, nullum aliud auxilium habentis prȩter te, cuius uoluntati nihil reſiſtere poteſt, dummodo decreueris ſaluare.

Exaudi me miſerum tibi ſup-

plicantem, da mihi fiduciam nominis tui, et libera me in manu tua.

Adtende de cœlo domine, respice de habitaculo sancto tuo, et de solio gloriæ tuæ.

Ne allidas me in manu iniquitatis meæ, nec obliuiscaris doloris et adflictionis meæ.

Ne irascaris satis domine, ne recorderis ultra omnis iniquitatis meæ.

Veniat ad te oratio mea: dic animæ meæ, en ego salus tua iam adsum. Amen.

Psal-

PSALMVS TERTIVS PRO PECCATORVM remissione.

DEVS AETERNE, iuste, et sancte, qui custodis pactum et misericordiam cum iis qui te diligunt, et mandata tua seruant.

Respice ad me, et miserere mei, quoniam in te peccaui, et feci malum ante oculos tuos.

Effunde super me uiscera misericordiæ tuæ, ut inueniat seruus cor ad orandum te.

Non prosterno preces meas ante faciem tuam in iustificatio

nibus meis, sed in misericordiis tuis multis.

Nam ego immūdus totus, et quasi pannus mulieris mēstruo pollutæ uniuersę iusticię meę.

Tibi domine iusticia et misericordia, et propitiatio, mihi autem cōfusio faciei propter iniquitates meas.

Certe ab initio superbè egi contra te, faciens iniquitatem, et non cessans.

Tu redemisti me domine, sed ego aduersum te semper tamen deliqui, et cor meum non fuit rectum coram te.

Tu erudisti me, et confirmasti brachium meum, & coram

te

te tantum cogitaui malum, factus ut arcus dolosus.

Et respondit arrogantia in facie mea, obrutus sum in iniquitate mea, quæro te domine, obsecro ut inueniam, diuisus es à me, quia cupidè post sordes abii.

Veruntamen uias meas coram facie tua arguam, donec miserearis mei, et recipias me in gratiam tuam.

Absit longe à me ut iterum à te recedam, et promissa tua non exquiram.

Non tacebo, et nō dabo silentium, donec cofirmes mecum fœdus, quod constituisti retro

temporibus.

Quod ſicut iuſticia iuſti non liberabit eum in quacunq; die peccauerit: ita impietas impii non nocebit ei, in quacunq; die conuerſus fuerit ab impietate ſua.

In hoc expectabo te domine DEVS: nam bonus es tu in te fidentibus, animę quęrenti te.

Tu ſeruas ueritatem tuam in æternum, et quod egreditur de labiis tuis, non fiet irritum.

Ne perdas me domine propter iniquitates meas, neq; in æternum reſerues mihi mala.

Aperi oculos tuos, & uide magnitudinem mali mei; et mul-

ta est enim iniquitas mea in con
spectu tuo, et peccata mea res-
ponderunt mihi.

Ne redigas me penitus in con
sumptionem, ne ue deseras me
in peccatis meis: quoniam de-
us miserationum, & clemens
es tu.

Pœniteat te punitionis, quam
in me decreueras, et secundum
nomen tuum facito, quāquàm
multę sunt defectiones atq; pec
cata.

O domine deus meus es tu, et
nomen tuum impositũ est mi-
hi, ne derelinquas me in pro-
fundo malorum meorum.

Tu erudisti multos, et ma-

nus lassas confortasti,nutantem erexerunt sermones tui, et genua incuruata direxisti.

Et propterea requiram te domine deus, qui feciſti magna, inperuestigabilia , et innumerabilia.

Suscitasti de puluere inopes, abiectos exaltasti tuo auxilio.

Tu etenim es qui liberas pauperem in miseria ab ore angustię lato,sub quo nullum est firmamentum.

Tu clemens es , et misericors,eo quod miserearis eis,qui nõ dum in sæculum uenerunt, et multum misericors es illis, qui uersantur in lege tua, et longa-

longanimus es erga eos, qui pec cauerunt, concedens tempus et locum, per quæ possunt mutari à malicia.

Exaudi me miserum tibi sup plicantem, quoniam in te, et in nomine tuo, fiduciam meam posui.

Suscipe seruum tuum in bonum, et ne confundas me ab ex pectatione mea.

Redi DEVS ut salues animam meam, ne disperdas me, quem redemisti in magnitudine brachii tui.

Ne adspicias duriciam cordis et ipietates meas, sed ignosce mihi in misericordiis tuis

multis.

Exaudi domine, placare domine, attende, et facias iuxta magnum nomen tuum.

Expecto ſalutem tuam domine, omni die ipſa meditatio mea eſt.

Quoniam miſericordiæ tuę ſunt immenſę, et innumerabilis bonitas tua.

Audi me iuxta beneplacitum tuum, et diutius ne continças à me miſerationes tuas.

In uia iudiciorum tuorũ expectabo te, erga nomen tuum, et erga memoriam tuam deſiderium animæ meæ.

Inclina cor meum ad faci-

endum

endum prȩcepta tua, et dirige uias meas in conſpectu tuo ſemper.

Ne permittas me poſthac errare à uiis tuis, nec iam relinquas me in profundo malorum meorum.

Ne ſubducas à me oculos tuos, ſed inſtrue me facere quæ placita ſunt in conſpectu tuo domine.

Paciſcere mecum fœdus in ſempiternum, quod timorem tuum daturus ſis in cor meum, ut non deficiam à te omnibus diebus.

In æternum ne auferas à me bonitatem tuam, nec fallas mihi

mihi ueritatem tuam.

Benefac mihi in beneuolentia tua, misericors es, nec irascaris imperpetuum.

Memor esto mei in beneplacito tuo, et uisita me in salutari tuo.

Scio quod tu DEVS clemēs es et misericors, patiens ac multæ miserationis.

Tu bonus ac propitius, seruans pactum et misericordiam cum seruis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo.

Nec est alius præter te DEVS, cui cura est de omnibus.

Magna siquidem semper fuit in me misericordia tua, eripiēs

animam

animam meam de inferno profundo.

Sit ſemper mecum bonitas tua domine, nam à te pendet omnis mea ſalus.

In tempore anguſtię te inuoco domine, quoniam propè es iis qui inuocant nomen tuũ ſanctum.

Succurre mihi DEVS, illumina uultum tuum ſuper me, in te confidit anima mea, de te exultat cor meum.

Perueniat ad thronum tuum precatio mea, inclina aurem tuam clamori meo.

Exaudi pœnitentem domine, quem ut reſipiſceret cum patientia

entia hucusq; misericorditer expectasti.

O deus, uitam meam annunciaui tibi, saluum me fac propter nomen tuum, quoniam in te speraui.

Quid mihi supereſt in terra? hoc uno tantum indigeo, ut inueniam gratiam in conſpectu tuo.

Quamobrem obsecro domine deus, eripe mihi hunc dolorem, aut minue saltem, aut consolatione, aut consilio, aut quocunq; tibi modo recte uisum fuerit. AMEN.

Psal-

PSALMVS. IIII.

quæritur, quod à peccatis prẽmitur, et ſuperatur.

DOMINATOR DOMIne deus miſericors, et clemens, patiens, et multę miſerationis ac uerax.

Qui propter maximam charitatem tuam, et ſecundum miſericordiam tuam magnã, eripuiſti nos de poteſtate tenebrarum, et ſaluos feciſti per lauacrum regenerationis, et renouationis ſpiritus ſancti, quem effudiſti in nos abunde per IESVM CHRISTVM ſaluatorem noſtrum.

Si

Si inueni gratiam in conſpectu tuo, permitte me loqui uerbum ad te, et nō iraſcaris mihi.

Quare imperpetuum obliuiſceris mei? et deſeris me in medio malorum meorum?

Vbinam eſt zelus tuus et fortitudo tua? ubi multitudo uiſcerum tuorum, et miſerationum tuarum?

Nūquid qui cecidit domine, non reſurgat? aut qui auerſus eſt, non reuertatur?

Num dolor meus erit perpetuus? num deſperabilis plaga mea nunquàm curabitur?

Qui fit ut auertar auerſione perpetua? augeſcit mihi peccatum

tum meum, nec per meipſum poſſum reuerti.

Quum non ſit homini datũ, ut uias ſuas dirigat, et greſſus ſuos perfectos reddat.

Si quidem in manu tua eſt anima omnis uiuentis, et ſpiritus uniuerſæ humanæ carnis.

Tu miſericordiam tuam oſtendis quibus uolueris, et clemens es in quos animũ habes.

Tu mortificas, et uiuificas, deducis ad portas inferi, et reducis.

Oculi tui ſup uias uniuſcuiuſq;, et corda hominũ ſcrutaris.

Non ſunt tenebrę neque obſcuritas, ut abſcondant ſe illic

qui faciunt iniquitatem.

Nec in latebris occultabit se quisquam, quin tu respicias eũ, cum cœlum ac terram undiq; imples.

Quare proiecisti me à facie tua, et reputas me inimicũ tibi?

Cur nam adpendisti pondus peccatorum super caput meũ, cum iram tuam nullus ferre potest?

Quid est quod contra miserum, potentiam tuã ostendis? ut quid deuastes me propter peccata adolescentiæ meæ?

Si peccauerim, quid faciam tibi? Et si multiplicatæ fuerint impietates meę, quid agam tibi?

Si

Si iuſte egero, quid dabo tibi? aut quid tandem de manu mea accipies?

Mihi impietas mea nocebit, et iuſticia mea mihi proderit.

Tentatio eſt uita hominis ſuper terram: et, ſi (quemadmodum omnes) ego peccauerim, quid poſſum facere?

Nunquid mundus erit homo coram te? aut in operibus ſuis irreprehenſibilis?

Quidnam eſt mortalis, quod purus eſſet in cõſpectu tuo? aut quod iuſtificaretur natus ex uirili ſemine?

Memento obſecro domine, quod ex luto finxeris me, et rur

ſus in puluerem mortis reduces me.

Dies mei ſicut fumus euaneſcunt, conſumuntur quotidie, nulla mora, quaſi uentus uita mea fugit, nec uidit bonum.

Iam pridem natus erā, moxquè morti cedam, nunquàm in eodem conſiſto ſtatu.

Dies uitę meę breues ſunt, terminum ſtatuiſti, non tranſibo.

Nudus egreſſus ſum de uentre matris meæ, illucq; nudus reuertar, certe uanitas omnis homo uiuens.

Miſereat te domine miſerorum, et opera manuum tuarum ne contemnas.

Ete-

Etenim si peccauerimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam: et si non peccauerimus, certum est, quod apud te sumus computati.

Domine deus, cesset à me indignatio tua, et proiice post tergum omnia peccata mea.

Remoue à me plagas tuas, ab exagitatione manus tuæ ego defeci.

Etenim dum tu hominem propter iniquitates castiges, ilico tabescere eum facis.

Perit in eo quicquid desiderabile est, sicut uestem depascit tinea.

Vtinam esset, qui me paulu-

lum protegat, donec conuertatur ira, aut tu constituas mihi tempus, in quo recorderis mei.

Abiectus sum ex oculis tuis, num nunq̃ posthac uidebo faciem tuam?

En super me effunditur anima mea, adprehenderunt me dies doloris mei.

Torrentes tribulationis inuoluunt me, et gurgites furoris tui super me pertranseunt.

Et clamo ad te domine deus, at non exaudis: misericordiam peto, sed preces meas excludis.

Quare miserum à facie tua detrudis? cur deseris tanto tempore?

Quare

Quare non aufers iniquitatem meam, et tollis impietatem cordis mei?

Consurge, ne cessa diutius domine, excita te, ne depellas perpetuo.

Memorare mei obsecro, nam pauor occupat me et tremor, totusq; in me exterritus sum.

Veruntamen non prohibebo os meum, quin ad te loquar in merore spiritus mei.

Deflecte à me ultionem, et animum meū paruùm per à molestiis abducas.

Peregrinum hic ago, sicut omnes alii mortales.

Et quid est homo, ut ei indi-

gneris? aut genus corruptibile, ut ita amarus sis erga ipsum.

Nunquid addes dolori dolorem? anhelans laboro, & requiem non inuenio.

Ante cibum dolor meus me cruciat, et adoriuntur in me sicut aquæ, suspiria.

Tanquam ossa mea confringerentur est mihi, cum probris adficiunt me inimici mei, dicētes ad me omni die, ubinam est DEVS tuus?

Quare ad hæc faciem tuam abscondis domine? nullam habens adflictionis meæ rationē?

Effundo quotidie preces meas in conspectu tuo, et merorē meum

meum coram te pronuncio.

Anxius est in me spiritus meus, in me desperabundum est cor meum.

Placet ne tibi DEVS, ut reprobes laborem manuum tuarum?

Libera animam meam, ne abeat in corruptionem, et uita mea non uideat lumen.

Quid proderit, quod unquã natus fuerim, si mox demander in perditionem æternam? quũ non mortui laudabunt te, neq; omnes, qui descendunt in infernum.

Peccaui, quid faciam tibi? quare posuisti me contrarium

tibi, et factus sum mihimetipsi molestus?

Quid tam exacte iniquitatem meam quæris? quum nemo sit qui de manu tua possit eripere.

Si iustum me dixerim, meritò me condemnares ad ignem paratum.

Sed ego peccatorem me cõfiteor, et humilio cor meum in conspectu tuo.

Certe si cui placuerit contendere tecum in iudicio, non respondebit unum pro mille.

Hinc fit ut uerear omnia opera mea, sciens quod delinquenti non parces.

Si

Si ad potentiam tuam reſpexero, o quam robuſtus es: ſi ad iudiciũ prouocauero, quis pro me cauſam dicet?

Ad te domine uociferor, tibi ſupplico o mi DEVS.

Quieſcat à me ira tua, ut intelligam quod ſis mihi magis propitius, quam peccata mea ferant.

Quæ eſt fortitudo mea, ut perdurem? aut quis finis, ut patiens ſit anima mea?

Virtus mea, non eſt uirtus lapidea, nec ænea eſt caro mea.

Nonne potius nullum in me auxilium, et robur meum à me fugit?

Et

Et licet abſcondas hęc in corde tuo, noui tamen quod tandē recordaberis mei.

Verus enim & iuſtus tu domine DEVS, non iniuſte condemnas, qui opus ſuum homini rependis.

Totum hoc accidit mihi, ꝙ oblitus ſum tui, & perfidè me habui in teſtamento tuo.

Deflexit retro cor meum, et ſecutus ſũ deſideria carnis meę.

Et tu exploratum hoc habuiſti, qui noueris recondita cordis.

Ne imputes mihi domine peccata adoleſcentiæ meæ, nec ueterem iniuriam in memoria

tẽneas.

teneas.

Obruit me quotidianus dolor, & mœsticia cor meum occupat.

Expecto pacem, at res nihilo meliores se habent: tempus sanitatis, sed ecce tumor.

Cum præteriit tempus iræ tuę ueniat misericordia, ego adhuc infelix sum magis ac magis.

Heu mihi quod peccaui, idcirco mœret cor meum, et desiit gaudium meum.

Quomodo uastatus sum? q̃ miserè confusus? quoniam dereliqui legem tuam.

Ascendit mors per fenestras penetrans ad interiora cor

dis

dis mei.

Dum quotidie nunc tacitus mecum cogito, nunc uoce infremo, uita mea inferno propinquat.

Quis dabit mihi diuersoriũ à molestiis, et deseram homines, atq; ab eis recedam?

Quis dabit aquã capiti meo, et oculis meis fontem lachrimarũ, ut noctu diuq; peccata mea defleam?

Et expectabo eum, qui me saluare potest, et eripere ab ira uẽtura.

Non est mihi uiuendi neque moriendi fiducia, iudicium tuũ uereor O DEVS, et pœnas paratas

ratas impiis.

Pauor peccati ſollicitat me, et pondus conſcientiæ meę me premit.

Amator hominum DEVS et iudex æquiſsime, parce mihi ob ſecro modo dum tempus eſt.

Remitte quod timeo, dele quod uereor priuſquam abeam, et poſthac non ſubſiſtam.

Peccata mea me ſupra modũ cruciãt, quibus maiora eſſe quæ poſſunt?

Eheu contricionem meam, & dolorem plagæ meæ: certe hæc iniquitas mea eſt, & reputabo et feram.

AMEN.

Pſalmus

PSALMVS. V. PRO IMPETRANDA SAPIENTIA diuina.

DOMINE, DEVS miſericordiæ, qui omnia uerbo tuo feciſti, et ſapientia tua conſtituiſti hominem.

Deus æterne et abſconditorum cognitor, qui omnia noueris priuſquàm fiunt.

Aperi labia mea et os meum, ut nunciem laudes nominis tui.

Cor nouum et ſpiritum rectũ intra me pone, omneq; deſideriũ prauũ procul à me repelle.

Stultus ſum ego Domine, et rerum ignarus, cum ſcientia tua

tua non sit mecum.

Nescio ego nec intelligo, quoniam hebetudo tanta, ut non uideant oculi mei, et cor meum non cognoscat.

Etiam puer sum & paruulus, ignorans ingressum et exitum meum.

Vir pollutis labiis ego, exiguiq; temporis, et minor ad intellectum legis tuæ.

Da obsecro, cor docile seruo tuo, ut sciam quid acceptum sit coram te omni tempore.

Mitte de cœlo spiritum sapientię tuę, et sensu illius cor meum imple.

Sapientia tua dat ueram sci-

entiam, & ex ore tuo consilium et intelligentia.

Sapientia tua os mutorum aperit, et linguas infantium eloquentes reddit.

Si quis uidetur perfectus inter filios mortalium, si tamen effugerit ab illo sapientia tua, in nihilum computabitur.

Hominibus thesaurus indeficiens est sapientia tua, qua qui usi sunt, participes facti sunt amicitiæ dei.

Quam bene se habet homo ille qui ingeniosus est, et qui animã sortitus est sapientia præditam.

Quisnam inter homines consilium

silium tuum noscit? aut quis poterit cogitare quid uelis tu?

Sensum tuum quis intelligat, nisi tu dederis sapientiam illi, et instruas eum per spiritum tuũ sanctum?

Nam rationes hominum in multis deficiunt, et parum securę adinuentiones eorum.

Corruptibile enim corpus animum grauat, et terrenum domicilium retardat mentem multa cogitantem.

Superne consilium et successus, et illic prudentia ac etiam uirtus.

Tecum sunt diuitię et gloria, opes incorruptibiles et iusticia.

Qui te inuenerit, inuenit uitam: et te qui non amat, diligit mortem.

Domine DEVS, tange os meum, ut recedat iniquitas mea, inhabita cor meum, ut peccata mea purgentur.

In maliuolam animam ſapientia non intrat, nec manebit in corpore quod peccatis ſubditur.

Doce me domine DEVS, ne augeſcat ignorantia mea, et delicta mea multiplicentur.

Spiritus me doceat, quæ tibi placita ſunt, et ducat in uiam rectam, nam in erroris uia diutius erraui.

Fir-

Firmetur ſapientia in animo meo, et legem tuam in corde meo ſcribe.

Super omnia quæ ſpecioſa ſunt et pulchra, ſapientiam deſidero: in comparatione illius diuitias non æſtimo.

Quàm amo ſapientiam tuã domine, quæ unica meditatio mea eſt!

Quam dulcia cordi meo eloquia tua! multo magis quàm mel ori meo.

Verbum tuum pedibus meis lucerna eſt, et uiis meis lumen.

Magis mihi placet ſapientia tua, quàm milia auri uel argẽti.

In uia ſapientię tuæ delector

magis, quàm ingenti diuitiarũ copia.

Vtinam dirigantur uiæ meæ, ut ſapientiam tuam et ſermones tuos diſcam.

Eloquium tuum ignitum eſt, hinc fit ut uehementer illud cupiam.

O beatum illum, quem tu inſtruis domine, et in lege tua doctum facis.

Anima eius ſapientiam meditabitur, et lingua eius loquetur iudicium.

Lex dei in corde ſuo ſcribetur, et non ſupplantabuntur greſſus eius.

O domine deus ſalutis meæ,

exaudi

exaudi precem meam, et lingua mea misericordias tuas semper loquetur.

Da sedium tuarum adsistricẽ sapientiam, ut bonum et malũ discernere possim, et occulta tua cognoscam.

Reuela oculos tuos, ut admiranda perspiciam, quæ in lege tua sunt.

Memor esto uerbi tui te inuocanti, nam in illo spem meã posui.

Viam sapientiæ notã fac mihi, et scientiã tuã ne celes à me.

Fac mecum iuxta misericordiam tuam, et ne confundas me ab expectatione mea.

Recte

Recte ſapere et intelligere do cceto me, nam ſapientia tua, totum quod uolo.

Da uerbum tuum in ore meo, et in corde meo ſapientiam tuam fige.

Sapiẽtia tua cogitationes meas regat, ut placeant coram oculis tuis ſemper.

Mirabilia ſunt eloquia tua, quapropter delectatur in eis anima mea.

Sapientia tua perfecta eſt, ſcientia tua lucida, et oculos illuminans.

Amabiliora ſuper aurum et gemmas, et dulciora quàm mel de fauo.

Sa-

Sapientia tua immaculata, animas confortans, eloquium tuum uerax, intellectum docens paruulos.

Quando sciet errans spiritu intelligentiā? et ignorans doctrinam discet?

Quando effundetur de excelso spiritus tuus, quando cor insipientis scientiā callebit, quando lingua balbutiēs diserta erit?

Paruulus et insipiens sum domine, auxilio sit mihi manus tua fortis.

Noui, quod omnia potes, et nihil est tibi difficile.

Tu magnus es, incognoscibilis, et sapientię tuæ nullus est

numerus.

Annunciaui coram te cauſam meam, fac cum ſeruo tuo iuxta magnam miſericordiam tuam.

Reſpice ad me, et miſerere mei, ut hoc quod credens per te poſſe fieri cogito, perficiam.

Viam ſapientiæ tuæ notam fac mihi, et intellectu illius cor meum imple.

Vocem meam audi ſecundū miſericordiam tuā domine, ſecundum iudicium mecū agito.

Da gloriam nomini tuo domine, tu enim ſolus es bonus et ſapiens, et non eſt alius præter te ſaluator.

Exau-

Exaudi me domine propter nomen tuum, et ne contineas à me misericordiam tuam.

Eructabũt labia mea laudem, cum docueris me sapientiã tuã.

Tum enarrabo mirabilia tua, ut alii etiam ad te conuertantur.

Et benedicant nomen tuum in sempiternum, et in sæculum sęculi. AMEN.

PSALMVS. VI.

VT EXAVDIATVR A DEO.

DOMINE exaudi preces meas, et clamor meus ad te perueniat.

Ne

Ne auertas faciem tuam à me in die tribulationis meæ.

In quacunq; die inuocauero te, exaudi me o domine DEVS.

Magnus enim es tu, et admiranda faciens, tu es deus ſolus.

Magna etiam ſunt opera tua, nimis profũdę cogitationes tuę

Inclina ad me aurem tuam, et exaudi me, inops enim et pauper ego ſum.

Miſerere mei domine, ad te enim, cum anguſtia mihi imminet, confugio.

Lętifica animã ſerui tui, quoniam ad te animã meam leuaui.

Tu domine bonus es et propitiabilis, ac multę miſericordię

die omnibus te inuocantibus.

Exaudi orationem meam, et preces meas clementer ſuſcipe.

In te confido domine DEVS, obſecro, ut non confundar, in tua iuſticia eripe me.

Intende uoci clamoris mei o rex meus et deus meus, quoniam tibi ſupplico.

Audi uocē meā, qua te inuoco, miſerere mei, et ſalua me.

Preces meæ ſemper ad te domine, ſiquando uenerit tempus beneplaciti tui DEVS in multitudine miſericordiæ tuæ, ut exaudias me in ueritate ſalutis tuæ.

Adtende mihi domine, quoniam

niã ſuauis eſt miſericordia tua, ſecundum multitudinem miſerationum tuarum reſpice me.

Ne lõge abeas à me, o mi DEVS, in auxilium meum feſtina.

Verba mea grata tibi ſint, accepta ſit corã te meditatio cordis mei.

Et ne auertas faciem tuam à ſeruo tuo, tribulatio undiq; mihi imminet, adiuua me.

Te deſiderat cor meũ, quærit te anima mea, faciẽ tuã expecto

Ne auertas uultum à me, ne reiicias per iram ſeruum tuum, auxilio mihi fuiſti ſemper, ne deſeras me iã in anguſtiis meis o domine mi DEVS.

Ad

Ad te quotidie clamo, ne desi lias à me, ne obsurdescas mihi.

Ingrediatur coram te precatio mea, clamor meus ante te ueniat.

Exaudi me domine, animum enim meum extollo ad templũ sanctum tuum.

Da auxilium in tribulatione, quia uana est salus ab homine.

Expecto adiutorium tuum domine, et iudicia tua uoluntas mea.

Respice ad me, et miserere mei, quia solus et pauper sũ ego

Domine DEVS exercituum, si uelis potes me iuuare, fortitudinem tuam nihil supe-

rare

rare poteſt.

ELI ELI, ne deſeras me in anguſtiis meis propter nomen magnum tuum.

DEVS ad liberandum me, domine in auxilium meũ feſtina.

Placeat tibi ut eripias me, quia in te confido domine DEVS.

Ecce non eſt auxilium mihi in me, nec eſt qui reſpicit ad neceſſitatem meam.

Pauper ſum ego, et in miſeriis, ac calamitate multa, et robur mẽum à me receſsit.

Excita te domine, et manifeſtetur ſeruo tuo gloria tua.

Veniat ad me ſalus tua, ut pudefiant omnes inimici mei.

Tuum

Tuum brachium potens est, et cum uolueris, omnia tibi subsunt.

Tui sunt cœli, etiam tua est terra, orbem et plenitudinem eius tu fundasti.

Fiat misericordia tua, ut me consoletur, certe optabiliorem hac uita longe eam duco.

Adhæreo testimoniis tuis domine, noli me confundere.

De profundis te inuoco domine, domine exaudi uocē meā

Aures tuæ adtentę sint in uocem precationis meæ.

Cōmissa mea si imputes domine, quomodo possum gratiam tuam expectare?

Sed misericordia tua oĩa excellit, et ueritas cœlos superat.

Et idcirco anima mea ad te respicit, et preces tibi supplicitet fundit.

DEVS ne taceas, ne sileas, propter temetipsũ facito, ut nõ polluatur nomen tuum sanctũ.

Protrahe misericordiam tuam te inuocantibus, et iusticiã tuam iis qui te quærunt.

Proieci super te onus meum, sustenta me, ne des in æternum fluctuationem in te confidenti.

Adhęret anima mea post te, corroboret me dextera tua contra potentiã inimicorũ meorũ.

Exaudi me domine, et eripe me,

me, inclina aurem tuam ad preces meas, et salua me.

Quoniam egenus sum ego, domine curam habe mei, auxilium meum et saluator meus tu es domine DEVS.

O DEVS, sancta et iusta est uia tua, quis deus magnus sicut tu deus noster?

Tu es qui facis mirabilia, nomen tuũ est dominus, tu solus altissimus super omnem terrã.

Placatus sis erga seruum tuũ, et ne faciem tuam diutius à me abscondas.

Benefac mihi in bonitate tua, ut glorier de te omnibus diebus uitę meæ.

Gestiunt labia mea, ut tibi canam, æque et anima mea quam redemisti.

Cor meum omni tempore meditabitur iustitiam tuam, cũ confusi sint, qui malum mihi quærunt.

Et uiam mandatorum tuorum percurram, quum dilataueris cor meum.

PSALMVS. VII.

PRO RECTE VIVENdi directione.

AD TE DOMINE deus, animum meum leuo. In te confido domine DEVS, ne confundar, ne letentur de me ini-

inimici mei.

Vias tuas domine notas fac mihi, semitis tuis assuefacito me.

Dirige me in ueritate tua, et instrue me, quia tu es deus saluator meus, te expecto omnidie.

Dulcis et rectus tu domine, et propterea reducis errantes in uiam tuam.

Dirigis mansuetos in iudicio tuo, doces mites testimonia tua.

Tu sanas contritos corde, et dolores eorum mitigas.

Sustentas omnes qui casuri sunt, et omnes collapsos erigis.

Tu das uiſum cæcis, et ſoluis uinctos.

Prope es omnibus qui te inuocant, dummodo te inuocant in ueritate.

Voluntatem timentium te facis, et preces eorum exaudis, eoſq; ſaluas.

Miſerere mei deus, miſerere mei, quia in te confidit anima mea.

Certe ad te reſpicit anima mea, à te enim ſalutare meum, gloria mea, et robur fortitudinis meæ.

Propter temetipſum domine DEVS, ne imputes mihi peccata mea.

Errores

Errores omnes non intelligo, circumuoluunt me mala, quorum non est numerus, adpræhēderunt me iniquitates meę, et uidere non possum.

Sit manus tua mihi in auxilium, et dirigat me in omnibus operibus tuis.

Perfice gressus meos in uiis tuis, ut non dominetur mei omnis iniquitas.

Pone custodiam ori meo, et serua ostium labiorum meorū.

Sint placentes sermones oris mei, et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Ne recedat de ore meo sermo ueritatis, et cor meū malicia nō

inhabitet.

Domine erue animam meam à labiis mendatii, et a lingua dolosa libera me.

Verbum uerũ et sanctum infere in os meum, et ociosos sermones longe à me semoueas.

Redime me à calumniis hominum, secundum iudicium tuum moderare me.

Auerte oculos, ne uana uideant, in uia tua illos fige.

Fornicationẽ et immunditiam omnem aufer à me, et amor carnis non me decipiat.

Etiam à superbia libera animam meam, ne dominetur in me, et tunc immaculatus ero à

pec-

peccato maximo.

Ab omni uia mala prohibe pedes meos, ne deflectant ueſtigia à ſemitis tuis.

Oculi mei ad te domine, quoniã propè es, et omnes uiæ tuæ ueritas.

Miſericordię tuæ multæ domine, beatus ille quiſquis in te confidit.

Ego enim quum dicerem tibi, moti ſunt pedes mei, miſericordia tua domine ſtatim ſuſtẽtauit me.

Doce me facere uoluntatem tuam, et deduc me per ſemitam rectam, quia DEVS meus es tu.

O domine ſalua animam me-

ani, et de potestate tenebrarum redime me.

Illumina faciem tuam super seruum tuum, quia ad te confugi domine DEVS.

Respice ad me, et miserere mei, quia solus et pauper sum ego.

Custodi animam meam, et eripe me, ne confundar, quoniã speraui in te.

Domine DEVS ne derelinquas me, quanquàm nihil boni fecerim coram te.

Prẹsta mihi pro bonitate tua, saltem modo assumere initia bene uiuendi. AMEN.

Psal-

PSALMVS. VIII.

VT PROTEGAtur ab inimicis.

DEVS omnipotens, ſerua me ab inimicis meis, et in uirtute fortitudinis tuæ protege me.

Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus es tu, ſaluum fac ſeruum tuũ, qui in te confidit.

Alieni enim quotidie me obpugnant, et animam meã quærunt, ut perdant eam.

DEVS adiuua me, domine ab inſurgentibus in me libera me.

DEVS in adiutorium meum intende, domine ut me iuues feſtina.

festina.

Esto mihi in protectionem, et in locum munitum, ut saluũ me facias.

Quoniam fortitudo mea et refugium meum es tu, propter nomen tuum deduc me & dirige me.

Mi DEVS eripe me de manibus inimicorum meorũ, nec proiicias me in tempore tribulationis, cum defecit me omnis mea uirtus.

Adiuua me domine DEVS, et salua me propter misericordiam tuam.

Miserere mei o domine deus salutis meæ, et in tua iusticia eripe

ripe me,

Ab infestatione me persequẽ tium, ab hostili cursu, qui me undiq; obcingunt.

Confundantur et deficiant, qui animæ meæ aduersantur, operiantur obprobrio et confusione, qui malum mihi quærũt.

Reuertantur cum ignominia multa, illi qui dicũt, DEVS deseruit eum, persequamur et cõprahendamus, nam non est qui eum eripiet.

O DEVS adiunge te animæ meæ, conforta eam, ab inimicis meis eripe me.

Disperde illos in uirtute tua, et fortitudinem illorum con-

fringe

fringe.

Ne dicant inter ſe, hũc ſuperauimus, et omnino deiecimus.

Saluum me fac domine deus, in te enim ſperaui, dic animæ meæ, ne metuas, quia ego tecum ſum.

In manu tua ſors mea, libera me ab inimicis meis, quoniam adhuc non ceſſant.

Indies augeſcit ſeuitia eorũ, et cœtus robuſtorũ irruunt in me, et nõ ponũt te in cõſpectu ſuo.

Sed tu domine DEVS miſericors et clemẽs, patiẽs, et multæ miſerationis ac uerax.

Reſpice ad me, et miſerere mei, da fortitudinem tuam ſeruo

uo tuo, quoniam te inuoco, et effundo preces meas in cōſpectu tuo.

Hoſtes mei exultant eo quòd lapſus ſum, et deflexit cor meū à uia tua.

Sed ego in miſericordia tua confido, de ſalute tua cor mihi gaudet.

Quoniam bonus tu es, in æternum miſericordia tua, et uſq; in generationem et generationem ueritas tua.

Exultent et lætentur in te omnes qui te quærunt, et dicant ſēper, magnificetur dominus, qui diligunt ſalutem tuam.

Pſalmus

PSALMVS. IX.

CONTRA INIMICOS.

DOMINE, ecce quàm multi sunt, qui me tribulant, quàm multi qui contra me insurgunt.

Dicunt inter sese de anima mea, quod à deo non est ei salus speranda.

Domine DEVS in te spem meam posui, salua me ab iis qui me persequuntur, et eripe me.

Ne forte aliquando rapiant animam meam, et nullus sit qui eripiat.

Mei te misereat domine, respice adflictionem quam patior

ab

ab inimicis meis.

Ne tradas in obliuionem pauperem tuum, expectatio oppressorum ne pereat in æternũ.

In fugam conuerte eos, decidant à consiliis suis, iuxta nequitiam suam præcipita eos, nã rebelles tibi sunt.

Consumantur uires eorum, et peruersitas ipsorum in caput suum descendat.

Reuertantur impii ad infernum, capiantur in fouea quam perfoderunt.

Ego autem in te sperabo, qui saluos facis in te confidentes.

Illi dicunt, quòd tu tuorum obliuiscaris, abscondis faciem

tuam, ut non uideas afflictionem eorum.

In ſuperbia illorum perſecutionem patimur, et in malo noſtro uehementer gloriantur.

Quouſq; domine perſiſtes à longe? et te abſcondes in anguſtię tempore?

Quouſq; randem contemnent te impii, et in corde ſuo dicent, quod nihil cures?

Surge domine, extende manum tuam, ne obliuiſcaris eorum, qui oppreſſi ſunt.

Contere fortitudinem malignantium, ut ſimul cum impietate ſua pereant.

Irruat in eos zelus tuus, arden

tia

tia fulmina, et ſpiritus turbinis portio partis eorum.

Præueni me in die afflictionis meæ, et de anguſtiis meis eripe me.

Miſerere mei, quoniam undiq; premor, et uirtus mea in iniquitate mea diminuitur.

Apud inimicos meos obprobrium ſum factus, ut perdant animam meam toti incumbunt.

Circumdant me dolores mortis, et torrentes iniquitatis me conturbant.

Funes inferni cingunt me, et implicant me laquei mortis, et qua parte iter agendum eſt,

tuam, ut non uideas afflictionem eorum.

In ſuperbia illorum perſecutionem patimur, et in malo noſtro uehementer gloriantur.

Quouſq; domine perſiſtes à longe? et te abſcondes in anguſtię tempore?

Quouſq; tandem contemnent te impii, et in corde ſuo dicent, quod nihil cures?

Surge domine, extende manum tuam, ne obliuiſcaris eorum, qui oppreſſi ſunt.

Contere fortitudinem malignantium, ut ſimul cum impietate ſua pereant.

Irruat in eos zelus tuus, arden

tia

tia fulmina, et ſpiritus turbinis portio partis eorum.

Præueni me in die afflictionis meæ, et de anguſtiis meis eripe me.

Miſerere mei, quoniam undiq; premor, et uirtus mea in iniquitate mea diminuitur.

Apud inimicos meos obprobrium ſum factus, ut perdant animam meam toti incumbunt.

Circumdant me dolores mortis, et torrentes iniquitatis me conturbant.

Funes inferni cingunt me, et implicant me laquei mortis, et qua parte iter agendum eſt,

offendicula inuenio.

Eleua te DEVS, ſupplicium ſume de gente peruerſa, ab inimicis fraudulentis eripe me.

Exaudi me in die tribulationis meæ, protegat me nomen magnum tuum.

Quoniam tu es propugnator meus, & gloria mea, et ſuſtentans infirmitatem meam.

Obſecro domine ſalua me, ut non præualeant aduerſum me inimici mei.

Effunde ſuper eos indignationem tuam, et ira furoris tui eos conturbet.

Confūdantur uſq; in æternū, contremiſcant et pereant.

Cadant

Cadant in puteum profundũ, et non apponant ut resurgant.

Vt cognoscant quod nomen tibi dominus exercituũ, solus potens et excelsus in secula seculorum. AMEN.

PSALMVS. X.

QVVM VSQVE ADEO inimici seuiant, ut ferre non potest.

MISERERE MEI DEVS, quoniam conculcat me inimicus, sine intermissione obpugnans coarctat me.

Absorbere me cupit omni tẽpore, et multi sunt qui superbè

mihi insultant.

Cogunt se pariter et abstrudunt, latenter uestigia mea obseruant, quomodo animam meam capiant.

Similes sunt leoni predæ auido, et sicut catulus leonis ex occulto insidiantur.

Itinera mea obsident, et oculos suos in miserum obuertunt.

Rete parauerunt pedibus meis, ad incuruandum animam meam profundam foderunt foueam.

Deus corrobora me uirtute tua, pone perfectam coram te uiam meam.

Sustenta gressus meos in semitis

mitis rectis, ne forte labascant pedes mei.

Afflictus sum usque ad saturitatem, adiuua me propter insidiatores meos.

Mirabilem fac in me misericordiam tuam, et eripe animā meam de manibus eorum.

Abscondi me à conuentu malignantium, à tumultu operantium iniquitatem.

Secundum misericordiā tuā uiuifica me, ne tristis deiiciar, seuiente in me inimico meo.

Mitte lucem tuam, et ueritatem tuam, ipsa me ducent ad mōtem sanctum tuum, et in tabernacula tua.

Instrue manus meas ad bellũ, compone quasi arcum ęreum brachia mea.

Accinge me fortitudine ad pręlium, prosterne insurgentes in me subtus me.

Instrue me in uia qua ambulem, consule super me oculo tuo.

Concide ante faciem meam hostes meos, et odio me habẽtes disperde.

Ne superent me inimici mei, et cœtus robustorum non obruant me.

Pone stabiles pedes meos, et rectas facito semitas meas.

In defectione mea letantur, col-

collecti sunt aduersum me, per cutiunt, et non nouerim ut interficiant in uia.

Omni die uerba mea execrantur, contra me uniuersæ cogitationes eorum in malum.

Anima mea quasi in medio leonum ferocientium, quorum dentes uelut lanceæ, et lingua ut acutus gladius.

Et quis stabit pro me aduersus omnes istos? aut quis expugnabit operantes iniquitatem?

Ab increpatione tua domine fugient, à uoce tonitrui tui precipites ruent.

Qui respicis terram, et tremit tota, tangis montes, et fumant.

A facie tua iudicium prodit, oculi tui æquitatem probant.

Custodi me domine ab inimicis meis, sub umbra alarum tuarum protege me.

Iudica mihi nocentes, pugna contra obpugnatores meos.

Abeant tetrorsum, qui me persequuntur, obprobrium ferant, qui malum mihi uolunt.

Sint sicut puluis ante faciem uenti, et angelus tuus eos exagitet.

Sicut propellitur fumus, e-

uaneſcant, ſicut liqueſcit cæra à calore ignis, ſic pereant illi à facie tua domine.

Confringe eos, ut non poſſunt conſiſtere, ne ceſſes donec eos deleueris.

Sint uiæ eorum obſcuræ ac lubricæ, et angelus tuus eos urgeat.

Et tu domine DEVS miſerere mei, opem mihi ferto, et reſiſtam eis.

Ego enim infirmus ſum, et dolens, ſalus tua me ſuſcipiat.

Corrigat et caſtiget me dextera tua, inimicis autem meis ne me tradas.

Mul-

Multum repleta est anima mea, et derisione me in festantium, et contemptu superborũ.

Deiecta est in me anima mea, aduersum me fremit, sed ego sperabo in te, quoniam iterum pro salute reddita, gratias agam tibi.

Propter ueritatem tuam adiuua me, o salus mea, spesq; omnium finium terrę, et maris immensi.

Qui uirtute tua ab æterno imperas, oculi tui omnia contemplantur.

Quis DEVS præter te? quis fortis sicut tu DEVS noster?

In umbra alarum tuarum sperabo

rabo, donec prætereat malicia.

In te fortis ero, et ſecurus in ſempiternum et in ſęculum ſęculi. AMEN.

PSALMVS. XI.

DE FIDVCIA IN DEVM.

DOMINE lux mea, et ſalus mea cum ſis, à quonam metuam?

Domine fortitudo uitæ meæ tu, in quo ſemper ſperabo.

Quemadmodũ enim ceruus ad riuulos aquarum, ſic deſiderat anima mea ad te O DEVS.

Sitit ad te anima mea, quoniam apud te eſt fons uitæ et refri-

frigerium in tribulatione.

Nam hic labor atq; dolor, calamitas atq; miseria.

Quotidie bellum cum inimicis, nulla requies, nec pax in uita nostra.

Sed cum in adiutorio tuo fiduciam nostram ponamus, securi protectione tua in æternũ erimus, dicentes, susceptor noster, et refugium nostrũ es tu, DEVS noster in te speramus.

Tu liberabis me de laqueo uenantium, et à periculis me persequentium.

Sub scapulis tuis umbram mihi facies, et sub alis tuis illęsus ero.

Scuto

Scuto circundabit me ueritas tua, et malum ad me nō adpropinquabit.

Et propterea si inimici mei aduersum me prælientur, ut me totum deuorent, terga minime uertam.

Si steterint aduersum me castra potentium, nō timebit cor meum, si ingruat mihi mors, in te securus ero.

Tu abscondes me in tabernaculo tuo, in die malorum abscondes me in secreto tentorii tui, super petram me cōstitues.

Leuabis me supra inimicos meos me circumuallantes, et de manibus eorum me eripies.

Si

Si ambulauero in medio tribulationis, me cuſtodies, aduerſus inimicos tuos manum tuã extendes, et dextera tua me ſaluabis.

Domine tu omnia pro me perficies, O DEVS in ęternum miſericordia tua, opus manuũ tuarum non deſpicies.

Educes me de reti, quod pandderunt pro me inimici mei, et de fouea eorum me ſubduces.

Quanta ſunt bona quæ reponis iis, qui te timent, quę oſtendis etiã confidentibus in te coram filiis hominum?

Occultas eos in occulto uultus tui à conturbatione hoſtiũ,

et

et à contentionibus eorum.

Quam preciosa est bonitas tua domine, & filii hominum in umbra alarum tuarum sperabunt.

Saturabuntur ab ubertate domus tuæ, et torrente deliciarū eos potabis.

De fonte uitæ tecum bibent, et in tuo lumine lumē uidebūt.

Iusticia tua sicut montes altissimi, et iudicia tua abissus multa.

Cœlos pertingit misericordia tua, et usq; ad cœlos ueritas tua.

DEVS tu refugium fuisti nobis à generatione in generationem.

Priuſquàm fundamenta terræ iacerentur à ſęculo et uſq; in ſęculum tu es deus.

DEVS meus tu opem mihi tuliſti à iuuentute mea, et in ſenectam et canos ne derelinquas me.

Fortitudinem meam adſcribam tibi, quoniam tu es protectio mea DEVS meus, et ſaluator meus.

Et ideo quacunq; die territus fuero, ego in te confidam.

In quacunq; die te inuocauero, ſcio quod DEVS meus es tu.

In æternum cuſtodi mihi miſericordiam tuam, et fœdus tuũ fidele mecum perſtet.

Et

Et ſi deſeruerim legem tuam, et in iudiciis tuis non ambulauerim.

Si ſtatuta tua prophanauerim, et præcepta tua contempſerim.

Iam uirga tua uiſita præuaricationes meas, et uerberibus tuis ſcelera mea.

At miſericordiã tuam à me ne tollas, neq; fidem tuam irritam reddas.

Ne ſcindas fœdus, quod nobiſcum iniiſti, et quod egreſſũ eſt de labiis, ne immutes.

In te enim ſalus et gloria noſtra conſiſtit deus, adiutor nobis, in quo ſperamus ſemper.

Et hoc certũ eſt, quòd omnes,

qui in te confidunt, non confũdentur.

Quis enim ſperauit in te, et confuſus eſt? aut quis inuocauit te, et deſpexiſti illum?

Propter nomen tuum domine remitte peccata noſtra, licet multa ſint et grandia.

Tu firmamentum es timentibus te, et teſtamentum tuum illis oſtendis.

Et ego ad te clamo domine, et credo quod ſaluabis me propter magnam miſericordiam tuam.

Redimes in pace animam meam ab ira quæ uentura eſt in extremo die.

Immo-

Immolabo tibi hostiam laudis, et reddam altissimo uota mea.

Me expectant impii, ut perdant me, sed ego in misericordia tua confido.

Protector meus, et scutum meum es tu DEVS meus, fortitudo mea, et refugium meum, et liberator meus.

Expecto salutem tuam domine, beatus homo qui in te confidit.

Quanta mihi in cœlis domine, ut nihil præter te placeat in terra?

Tibi adhęrere peroptime mihi placet, et te in fiduciam meā

collocare.

In manus tuas ſpiritum meum committo, redime me de poteſtatibus tenebrarum ſęculi huius. AMEN.

PSALMVS. XII.

SI DEVS PAVLO diutius auxilium ſuum differat.

DEVS meus, DEVS meus, ecquare me derelinquis? cur non reſpicis ad neceſsitatem meam?

Nunquid deficiet in æternũ miſericordia tua? num nunq̃ placidus eris ultra?

Quouſq; indignaberis mihi do-

domine? an ne penitus accendes uelut ignem iram tuam?

Quando tandem respicies, ut eripias animam meam? à deuastatione inimicorum unicam meam?

Vsquequo clamabo, et non exaudies? uociferabor ad te uim patiens, et non saluabis?

Domine DEVS exercituum, quousq; irasceris super precibus serui tui?

Redi ad me O DEVS saluator meus, et solue tuam erga me indignationem.

DEVS tu conuersus restitu-

 es,

es, et qui prius mœstus erat, de te leticiam capiet.

Adsit manus tua figmento dexteræ tuæ, filio hominis quē tibi magnificasti.

Inimici mei prospere uiuūt, et fortes sunt, augescunt quotidie, qui me odio habent.

Consilium meum uituperāt, eo quod deum spem mihi constitui.

Dicunt mihi indies, tu speraſti in domino, is te eripiat, ſaluum te faciat, ſiquidem complacentiam habet in te.

Insiliunt in me tanquā canes, cœtus iniquorum me oblatrāt, manus ac pedes meos obsident.

O do-

O domine ne longe abeas à me, fortitudo mea in auxilium meum festina.

Erue de interitu animam meam, et de rabie canum declina uiam meam.

Salua me ex ore leonum, et de profundo lacu libera me.

Tu sanctus es et fortis, et nullus resistet tibi, ex quo feruescit ira tua.

Quis non timebit te domine? aut ex principibus tibi non morem geret?

Ab indignatione tua contremiscit terra, et non ferent gentes comminationem tuam.

Adiuua me DEVS saluator meus,

meus, et ptopter gloriam nomi nis tui libera me, et placare ſuper ſceleribus meis.

Quoniam iniquitatem meã annuncio tibi, et peccatum meum uehementer me uexat.

Surge domine in auxilium meum, et redime me propter miſericordiam tuam.

O deus refugium meum, et robur, auxilium in tribulatione inuentus ſemper ualidum.

Tu excepiſti me de uentre prodeuntem, et auxilium mihi fuiſti ad ubera matris meæ.

In te coniectus ſum à partu, ab utero matris meæ DEVS meus es tu.

Ne

Ne ſubtrahas te longe à me, quoniam tribulatio iam appropinquat, et nullus eſt, qui opem mihi ferat.

Circundant me inimici mei, infeſtatores mei undiq; me cingunt.

Et ego infirmus ſum, et comminutus uehementer, eiulatum exprimit mihi dolor cordis mei.

Sicut aqua proiectus ſum, ſeparata eſt fortitudo mea, et inſtar teſtæ exaruit tota.

Miſerere mei DEVS miſerere mei, nec imputes mihi peccata, quę ſtultè commiſi.

Noli meminiſſe meorum retro

tro peccatorum, anteuertant ea miſericordiæ tuæ, quia miſer ſum nimis.

Debilitatus et attritus ſum ualde, merens ingredior omni die.

Et nunc quid expecto domine? certe anima mea ad te reſpicit.

Oſtende mihi bonitatem tuam, et ſalutare tuum à me ne contineas.

Saciatur malis anima mea, et inferno appropinquauit.

Egenus et pauper ego ſum, et cor meum conturbatur intra me.

Ne abiicias me anguſtię tempore,

pore, et cum iã uirtus mea deficit, tu me ne deficias.

Ab inimicis meis eripe me, opprobrium mihi insultantibus ne me ponas.

Libera me de rugientibus ad escam paratis, de manibus quęrentium animam meam.

Clamo ad te domine, quoniam tu es spes mea, et portio mea in terra uiuentium.

Educ de carcere animam meam, et in spacioso loco pedes meos sistas.

Ne auertas faciem tuã à me, ne similis fiam descendentibus in lacum.

Intende ad preces meas, quia hu-

humiliatus et contriſtatus ſum.

Libera me à perſequentibus me, quia robuſti ſunt ſupra me.

Velociter exaudi me domine, ne deficiat in me ſpiritus meus.

Educ de tribulatione animã meam, et in miſericordia tua diſperde omnes inimicos meos.

Et perde eos, qui me perdere uolunt, quoniam ego ſeruus tuus ſum. AMEN.

PSALMVS. XIII. IN quo gratias agit deo, quod non prȩualuerunt hoſtes.

LAVDIBVS te celebrabo domine DEVS, quoniam exaltaſti

exaltaſti me, et non præualuerunt inimici mei ſuper me.

Domine exercituũ ad te clamaui, et tu ſaluaſti me.

Extraxiſti ab inferis animam meam, tenuiſti me ne ruerem in profundum lacum, unde nullus reditus.

Non concluſiſti me in manibus inimicorum meorum, imo ſtatuiſti in loco ſpacioſo pedes meos.

Quęſiui te, et exaudiſti me, et de anguſtiis meis liberum me feciſti.

Conuertiſti dolorem in gaudium mihi, diſſoluiſti luctum meum, et circundediſti me

me lęticia.

Magnificasti salutem tuam seruo tuo, feciſti miſericordiam mecum in miſeriis meis.

Non contempſiſti afflictionẽ pauperis, nec auertiſti à me faciem tuam.

Miſericordias tuas in æternũ cantabo, notam faciam ueritatem tuam in uita mea.

Os meum narrabit iuſtitiam tuam, omni tempore beneficia tua, certe non noui numerum.

Sed gratias agam donec mors me rapiat, tibi pſallam quàmdiu fuero.

Exultabo et letabor in miſericordia tua, quoniam reſpexiſti

sti neceſsitates meas, et conſolatus es in anguſtiis animam meam.

Fuiſti mihi in firmum refugium, et in fortitudinem fiduciæ meæ.

Gratulor tibi domine pro ſc̄piterna bonitate tua, et miſericordia tua immenſa.

Tu conſolatus es me in tempore malo, DEVS tu propitius mihi fuiſti, et ultus es iniuriam inimicorum meorum.

Pro multitudine cogitationum mearum intra me, conſolationes tuæ lętificauerunt animam meam.

Gaudium mihi dediſti pro

diebus quibus adflictus fui, pro annis quibus mala tuli multa.

Recordatus es obprobrii ſerui tui, et in furore quomodo perſequebantur me inimici mei.

Domine DEVS exercituum, quis ſimilis tibi? fortiſsime DEVS magnus es tu, et laudabilis multum.

Tu excelſus es ſuper omnem terram, nimis exaltatus es ſuper omnes DEOS.

Gloria et decor ante uultum tuum, ſanctitas et magnificentia in ſanctuario tuo.

Iuſtitia et iudicium firmamentum throni tui, miſeri-

cor-

cordia et ueritas faciem tuam præcedunt.

Benedictus es domine, qui non retinuisti misericordiam tuam à seruo tuo.

Quum diu expectauissem te domine, tandem adtendisti mihi, et clamorem meum audisti.

Eduxisti me de lacu miserię, et de luto limi, statuisti supra petram pedes meos, et gressus meos solidasti.

Desiderium meum mihi dedisti, uidi lætitiam uultus tui.

Percussisti omnes aduersarios meos, et uirtutem eorum confregisti.

Increpasti turbam infestantium, et euulsisti me de manibus eorum.

Precipitasti eos in foueam suam, in reti quod pro me absconderunt, pedes eorum illaqueantur.

Reuersi sunt inimici mei retrorsum, corruerunt, et perierunt à facie tua.

Fuisti munimentum inopi, adiutor in oportunitatibus in tribulatione.

Fecisti iudicium pro me, et egisti causam meam contra accusatores meos.

Et licet ad momentum exardebat ira tua, tamen uita iam in repro-

repropitiatione tua.

Putabam equidem, quòd penitus abiectus essem à conspectu tuo.

Sed tu preces meas audisti, et pro abundantia misericordiæ tuæ recepisti me in gratiam tuam.

Domine in uoluntate tua robur animæ meæ dedisti, cũ absconderis faciem tuam, quam turbatus eram.

Ad te clamaui de tribulatione mea, et respondisti mihi, cum angustiaretur in me anima mea, tui domine recordabar.

Degustaui, et uidi quàm suauis es tu, certe felix est quisquis

in te ſperat.

Secundum nomen tuum ſic eſt laus tua, ſed conſilia tua erga nos, exemplo non carent, et maiora ſunt, quàm manifeſtari poſsint.

Tuum eſt imperium et potentia, et gloria, quia tu feciſti omnia et propter uoluntatem tuam adhuc conſiſtunt.

Sit nomen tuum benedictum, ex hoc nunc et uſq; in ſempiternum.

AMEN.

Pſal-

PSALMVS. XIIII.

IN QVO DIVINA laudatur bonitas.

DOMINE dominus noſter, quam admiranda eſt maieſtas tua per uniuerſam terram? qui dediſti laudem tuam ſuper omnes cœlos.

Quid eſt homo quod uſque adeo eũ magnificas? aut filius hominis quoniam uiſitas eum?

Magnus es domine, et multum laudandus in monte ſanctitatis tuæ.

Tibi hymnus DEVS, tibi uota noſtra in omni tempore ſoluantur.

Confeſsio et magnificentia opus tuum, et iuſtitia tua in æternum permanet.

Multa feciſti tu domine DEVS miranda et magna, et in operibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.

Iuſtę et uerę ſunt uiæ tuę, quis non timebit te, et nomen tuum magnificabit?

Gratias ago tibi domine DEVS ex toto corde meo, et nomen tuum in æternum ſanctificabo.

Fortitudo mea, et laus mea tu domine, qui humiliaſti inimicos meos, qui iudex es ab initio

Dextera tua fortiſsima, dexte

ra tua multas operatur uirtutes.

Tuum brachium cum potentia, et in uoluntate tua infirmitatem meam roborasti.

Confitebor nomini tuo magno et terribili, quoniam sanctum est.

Quanquam ceciderim, non sum allisus, nam tu manum meam sustentasti.

Reuelaui tibi uiam meam, et in te speraui, et tandem optata fecisti.

Fregisti capita inimicorum meorum, et uerticem eorum qui superbè incedebant, in delictis suis humiliasti.

Tu dominaris potestati eo-

rum, et dum eleuantur in uiis ſuis, tu compeſcis eos, et in brachio fortitudinis tuę illos diſperdis.

In nomine tuo exultabo ſemper, et in miſericordia omnis mea gloria.

Diligis iuſticiam et iudicium, miſericordia tua impleta eſt terra.

Oculus tuus timentes te reſpicit, et eos qui in miſericordia tua confidunt.

Quęrentibus te non deerit omne bonum, et nulla erit inopia iis, qui te timent.

Tu enim dirigis uias eorũ, et aurem prębes ad clamorẽ eorũ.

Vt eri-

Vt eripias à morte animas eorum, et in preſſura lenias dolores eorum.

Ades enim confractis corde, et ſpiritu contritos manu tua ſuſtentas.

Redimis animas ſeruorum tuorum, et non deuaſtabuntur omnes qui ſperant in te.

Et propterea canet lingua mea laudem tuam, domine DEVS in æternum confitebor tibi.

Diligam te domine fortitudo mea, domine firmamentum meum es tu, et robur meum, ſaluator meus, et refugium meum.

DEVS meus et propugnator meus

meus, ſcutum meum, cornu ſalutis meæ, et ſuſceptor meus.

Poſtq̃ cum laude te inuocauerim, ab inimicis meis me ſaluaſti.

Cum tribularer inuocaui te, exaudiſti me de templo ſancto tuo uocẽ meã, et clamor meus introiuit corã te in aures tuas.

Seruaſti me ab inimicis meis, qui inſurrexerunt aduerſũ me, ab hoſtibus iniquis eripuiſti me.

Ex cœtu malignantium rapuiſti me, et ſuper inimicos meos optata uidit oculus meus.

Et propterea cum fortaſſis tranſeundum eſt mihi per uallem umbræ mortis, impauidus

incedam, nam tu mecum eris, uirga tua et baculus tuus ipsa me consolabuntur.

Tu mihi refugium eris à tribulatione, custodies me, ab iis qui me perdere quęrunt.

Oculi mei ad te dñe, quoniam tu educes de laqueo pedes meos

Ad te O DEVS sũt uota mea, reddam tibi gratiarum actiones et nunc, et in secula seculorum. AMEN.

PSALMVS. XV. DE beneficiis dei cum gratiarum actione.

COLLAVDAT te anima mea O DEVS, et omnia quæ

quę intra me ſunt, nomẽ tuum ſanctum.

Gratias tibi agit anima mea, et nunq̃ tradam obliuioni uniuerſa tua beneficia.

Qui propiciaris omnibus meis delictis, et ſanas omnes infirmitates meas.

Qui redemiſti de morte uitam meã, oſtendens in me gratiam et miſericordiam tuam.

Qui ſatias bonis deſiderium meum, et olim reſtitues iuuentutem meam.

Feciſti mecũ miſericordiam in omni tempore, et ultionem ſumpſiſti de inimicis meis.

Fuiſti mihi o domine in munimen

rimentum, et in petram ſecuram ſalutis meæ.

In conſilio tuo dux mihi fuiſti, et in miſericordia tua aſſūpſiſti me.

Multiplicaſti in me magnitudinem tuam, et poſt iram tuam conuerſus cōſolatus es me.

Oſtendiſti mihi tribulationes multas et malas, ſed tandem de profundis abyſſis eduxiſti me.

Notas mihi feciſti uias tuas, nō abſcondiſti à me cōſilia tua.

Miſericors et plenus es gratia domine DEVS, tardus ad iram, et propenſus ad bonitatē.

Non iraſceris imperpetuum, neq; in æternum retines in ira miſe-

miſerationes tuas.

Non reddis nobis iuxta peccata noſtra, nec punis nos iuxta iniquitates noſtras.

Quantum cœlum excelſius eſt quàm terra, tantum miſericordia tua præualuit erga nos.

Quantum diſtat oriens ab occidente, tam longe domine ſemoueas à nobis tranſgreſsiones noſtras.

Sicut miſeretur pater ſuis liberis, ita ſuper nos miſertus es tu domine DEVS noſter.

Non oblitus es plaſmatis tui, recordaris quod caro ſumus omnis homo uiuens.

Quodq; ętas mortalium tanquam

quam fœnum eſt, ac inſtar florũ agri ſe habet.

Quos protinus ut auſterior uẽtus flabris ſuis uexauerit nulli ſunt, neq; loci eorum ultra inueniuntur.

Miſericordia autem tua domine perpetua eſt ſuper timentes te, et iuſticia tua ſemper perſeuerat.

Dummodo ſeruemus fœdus tuũ, et mandatorũ tuorum memores ſumus, ut ea faciamus.

Domine in cœlis thronum tuum firmaſti, et imperio tuo uniuerſa regis.

Exultabo te O DEVS, et nomen tuum inęternum laudabo,

et in ſeculum ſeculi.

Omni tempore gratias tibi agam, et nomen tuum illuſtre reddā imperpetuum, et ſiquid ultra eſt.

Magnus es tu domine, et ſupra omnē laudē, et magnitudinis tuæ nulla eſt perueſtigatio.

Generatio ad generationem opera tua dicent, et uirtutes tuas antiquas enunciabunt.

Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ, et memoriā multę bonitatis tuæ ſemper laudabūt.

Quoniam omnibus bonus es tu, et miſericordia tua ſuper uniuerſa opera tua.

Oculi omnium te expectant, ut des

ut des eis cibū ſuū in tempore.

Aperis manū tuam, et imples omne quod uiuit, refectione.

Iuſtus es domine in omnibus uiis tuis, et ſanctus in omnibus operibus tuis.

Cuſtodis omnes te diligentes, et non tanget eos tormentum maliciæ.

Laudem tui loquetur os meum, et omne uiuens celebret nomen tuum ſanctum imperpetuum et ſemper.

Laudate dominum o uos angeli eius, potentes uirtute, facientes iuſſus eius, obedientes uoci uerbi illius.

Collaudate DEVM uniuer-

si exercitus eius, ministri eius, qui facitis uoluntatem eius.

Magnificate dominum mecum, et exaltemus nomen eius in idipsum.

Laudate dominum omnes sancti eius, cuius solius nomen sublime est, cuius laus cœlos ac terram superat.

Collaudate dominum uniuersa opera eius in omni loco imperii eius. Omne quod uiuit laudet te domine. AMEN.

FINIS QVINDECIM psalmorum.

Psal-

DEVS DEVS MEVS RESPICE in me, quare me derel.

DEVS meus DEVS meus, cur deseruisti me, uideor non impetraturus, quāuis id magnis agam clamoribus liberationem.

Mi DEVS clamabo per diem, sed non respondes, et per noctem absq; ulla intermissione.

Interim tuò sanctissime, ueluti securus horum quę patior, desidere uideris, qui succurristi toties, et materia fuisti carminū

ipſi Iſraeli, quibus gratias tibi pro beneficiis agebant.

Spem ſuam ponere in te ſolebant patres noſtri, et quoties id faciebant, tu liberabas eos.

Quoties ad te clamauerunt, liberati ſunt, quoties ſeſe tibi crediderũt, pudore nõ ſunt ſuffuſi.

Ego uero uermis eſſe uideor magis quam uir, et infimæ plebis fex.

Quotquot uidebant me, ſubſannabant me, conuiciabãtur, et moto capite irridentes inſultabant mihi.

Gloriari ſolet hic inquientes charũ ſe eſſe dño, liberet ergo nunc eũ ſi tãtopere amat eum.

Te

Te procurante prodii ex utero, et bene ſperare iuſsiſti me quum adhuc fugerem ubera matris meę.

Opera tua iectus ſum è uulua, et curæ tuę relictus, quum eſſem adhuc in utero matris meæ, DEVS eras mihi tu.

Ne procul igitur abſceſſeris à me, quia periculum præſentiſsimum eſt, nec quenquam uideo qui auxilio futurus ſit.

Cinxerunt me tauri multi, fortes, et uelut ſaginati in paſcuis Baſan circundederunt me.

Aperuerunt aduerſum me os ſuum, non aliter q̃ leo inhians prædæ, et præ fame rugiens.

Tanq̃ aqua fluidus factus sum, et soluta sunt omnia membra mea, cor meum ueluti cęra diffluxit intra præcordia mea.

Exaruit tanq̃ testa omne robur meum, et lingua mea agglutinata est palato meo, et tandem in puluere, quemadmodũ mortui solent, sepelies me.

Circundederunt nanq; me canes, conspirauerunt aduersũ me pessimi, quiq; foderunt manus meas et pedes meos.

Tractatus sum ab eis tam inhumaniter, ut numerare potuerim facile omnia ossa mea, ipsi adhuc post omnem cruciatum torue aspiciebant, et contemplaban-

plabantur me.

Partiebantur ueſtes meas, et de tunica mea ſortiebantur.

Quare tu quęſo domine, ne longe abſceſſeris hinc, quin potius (quum ſis fortitudo mea) ferre mihi ſuppetias feſtina.

Eripe à gladio animam meã, et à uiolentia canis unicam meam omni humano auxilio deſtitutam.

Salua me ab ore leonis, et à cornibus unicornium eripe me.

Commemorabo maieſtatem nominis tui fratribus meis, in frequẽtiſsima populi turba laudes tuas prædicabo.

Quotquot eſtis cultores do-

mini laudate eum, uniuersi posteri Iacob magnificite eum, et reuerenter colite illum omnes posteri Israelis.

Quia non despexit, neq; uilipendit ob miseriam, pauperē, neq; auertit contemptim faciē suam ab eo, quin potius quum pauper clamaret ad illum, diligenter auscultauit.

Te laudabo carminibus meis publicè in frequentia populi, et quę noui persoluam uidentibus illis, qui reuerentur te.

Comedent pauperes et saturabūtur, laudabunt dominum, quicunq; studeant placere illi, uiuent corda uestra, quotquot estis

ſtis tales perpetuò.

Conſiderabunt hęc cum conuertentur ad dominum omnes fines terræ, et ſupplices fient tibi domine uniuerſæ nationes gentium.

Domini enim eſt poteſtas regia, et imperium habet etiam in gentes.

Comederunt, et quum guſtaſſent ſpiritualia domini dona, ſupplices facti ſũt potentiſſimi quiq; eorum, qui terram inhabitant, et in uenerationem illius genua flectent, etiam mortui omnes in terra ſepulti: quia propriam uitam non eſt dedignatus impendere pro illis.

Poſteri

Posteri nostri colent eũ, scribentur hęc de domino, ut posteri intelligant.

Vt et illi ueniãt, et annunciẽt populo qui ab ipsis nascetur, qđ hęc fecerit tã stupẽda dominus.

PSALMVS GRATIARVM ACTIONIS. 100.

IVBILATE DEO omnis terra, Iubilate in honorem domini, quotquot in terra uersamini.

Colite dominum cum lætitia, uenite in conspectũ ipsius cum exultatione.

Agno-

Agnoſcite dominum eſſe illum deum, qui fecit nos, neq; etiam ipſi fecimus nos, ſed populus eius ſumus, et grex quem ipſe paſcit aſsiduè.

Intra te per portas illius gratias acturi pro acceptis ab eo innumeris beneficiis, et per atria cantaturi laudes illius, laudate illum et celebrate laudibus nomen illius.

Benignus eſt enim dominus, et infinitæ miſericordiæ, et in ſeruādis promiſsis conſtantiſſimus, non uni generationi tantum ſed omnibus.

FINIS.

PRECATIO PRO REGE.

DOMINE IESV CHRISTE, qui es altissimus, omnipotens, rex regum, dominus dominorum, monarcha monarcharũ, uerus filius dei, ad cuius sedens dexterã, de throno prospicis super uniuersos habitatores orbis terrarũ: tibi submissis animis supplicamus, ut serenissimũ regem nostrum HENRICVM octauũ, placato uultu respicias, simulq; illum tui sancti spiritus afflatu adimpleas, uirtute cuius eò feratur, quò illum uoluntas tua uocat. Procul ab illo sit ignorantia, sed te largiente, prudentia et scientia semper

per abundent in regio ſuo corde. Sic illum erudi domine IESV, ſuper nos regnantem in terris, ut tuæ diuinę maieſtati, ſemper ſeruiat ſua humana maieſtas in timore et tremore. Benedic illi benedictionibus dulcedinis tuę. Tribue ei longitudinem dierum. Gloriã et magnum decorem impone ſuper eum. Lętifica illum gaudio uultus tui. Adeſto illi, ut de ſuis ac noſtris triumphet hoſtibus: et terrori ſit omnibus inimicis ſui regni.

AMEN.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

LONDINI.
IN OFFICINA Thomæ Bertheleti regij impressoris typis excusum.
Anno. M. D. XLIIII. duodeuigesimo die mensis Aprilis.
Cum priuilegio ad imprimendum solum.